e-codices

PERSA

Quas attuliſti mihi ab hero meo uſq; e perſia.

SAGARISTIO. TOXILVS. SERVI DVO.

Nunquid moror. TO euge euge exornatus baſilice
Thiara ornatum lepide condecoratu
Tum hanc hoſpitam aut trepidula & graphice deca
Sed ſatin eſtis meditati. SA tragici & comici
Nunq̃ eque ſunt meditati. TO Lepide hercle adiuuas
SA Age illuc aſpice de procul in conſpectu. TO tace.
Vbi cum lenone me uidebis colloqui
Id aderit adeundi tempus. nunc agite uos.

DORALVS LENO. TOXILVS SERVVS.

Cui homini dij propitij ſunt aliquit obiciunt Luci
Nam ego hodie compendi feci non panes in dies
Ita ancilla mea que fuit hodie ſua nunc e argento uicit
Iam hodie alienum cenabit nihil guſtabit de meo
Sum ne probus ſum lepiduſ ciuis qui atthicam hodie ciuitatem maximam
Maiorem feci atq; auxi ciui femina. ſed ut & ego hodie
Fui benignus ut ego multiſ credidi nec ſatis a quoq̃ homine
Accepi: ita prorſum credebam omnibus: nec metuo quibus
Credidi hodie ne quiſ mihi in iure abiuraſſit
Bonus uolo iam ex hoc die eſſe quod neque fiet neq; fuit
TO Hunc ego hominem hodie in traſennam doctis ducam dolis
Itaque huic inſidie parate ſunt probe adgrediar uirum.
Quid agis. DO credo. TO unde agiſ te dordale. DO credo
Tibi dij dent que uelis. TO eho an iam manu emiſiſti
Mulierem. DO credo edepol credo inq̃ tibi. TO iam libera e.
Enicas. DO quin tibi me dico credere. TO dic bona fide
Iam libera eſt. DO i ad forum ad pretorem exquire ſiquidem
Credere mihi non uiſ libera inq̃ eſt ecquid audis.
TO At tibi dij benefaciant omneſ nunq̃ enim poſt hac tibi
Nec tuorum quod nolis uolam. DO abi ne iura ſatiſ credo
TO Vbi nunc tua libertaſt. DO apud te. TO ain apud me eſſe.
DO Aio inq̃. apud te e inq̃. TO ita me dij ament ut ob iſtam rem
Tibi multa bona inſtant a me. nam eſt reſ quedam quam
Occultabam tibi dicere: nunc eam narrabo unde tu
Pergrande lucrum facias. faciam ut mei memineriſ dum uita uiuaſ

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20209r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20209r)